GREGORIUS PP. XVI.

Dilecte Fili Salutem et Apostolicam benedictionem Oblata Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Zenonis Kanicki laici in Russia orti ut asseritur et Salomee Kutakowska mulieris Leopolien. Diocesis petitio continebat quod Ipsi qui ut asserunt ex honestis familiis atque Orthodoxe Fidei cultores vere existunt ac sub obedientia Sancte Romane Ecclesie vivunt vivereque et mori intendunt ex certis praedictis rationabilibus causis Animos Eorum moventibus et Nobis expositis Cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia Secundo in linea equali Consanguinitatis gradu invicem sunt conjuncti desiderium Eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Aplice Dispensatione Idcirco Nobis humiliter Supplicari fecerunt Exponentes pdti ut eis in premissis de opportune Dispensationis gratia providere de benignitate Aplica dignaremur Nos igitur eosdem Exponentes attentis pdtis causis Animum Nostrum etiam moventibus speciali gratie favore prosequi Volentes nec non Eorum quemlibet a quibusvis excommi et interdicti aliisque Ecclesiis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum Presentium tantum consequendum harum Serie absolventes et absolutos fore censentes certam tamen de premissis notitiam non habentes hujusmodi supplicationibus inclinati Discretioni Tue de qua plenam in Domino fiduciam habemus per Presentes committimus et mandamus quatenus deposita per Te omni spe cujuscumque muneris aut premii etiam sponte oblati a quo Te omnino abstinere debere monemus de premissis Te diligenter informes et si per informationem eandem preces veritate niti reperies super quo Conscientiam Tuam oneramus Cum eisdem Exponentibus dummodo dta Salomea propter hoc rapta non fuerit Ipsique Orthodoxe Fidei cultores vere existant ac sub obedientia Sancte Romane Ecclesie vivant vivereque et mori intendant ut plur quod impedimento Secundi in linea equali Consanguinitatis gradus hujusmodi ac Constitutionibus et Ordinationibus Aplicis ceterisque contrariis quibuscumque non obstan. matrimonium inter se publice Servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesie solemnizare ac in eo postmodum remanere libere et licite valeant Auctoritate Nostra ex Gratia Speciali Dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando Volumus autem quod si Tu Spreta monitione Nostra hujusmodi aliquid muneris aut premii occasione Dispensationis pdte exigere aut oblatum recipere presumpseris excommis sententia tamdiu innodatus existas donec a Sede pdta absolutionis beneficium per Satisfactionem condignam meruis obtinere et nihilominus Dispensatio a Te facienda pdta nullius sit roboris vel momenti Datum Rome apud Stum. Petrum sub Annulo Piscatoris Die xxvij Januarii MDCCCXLIV. Pontus Nri. anno decimoquarto

Expensa Scuta Quadragintaunum, et Bl. 20 [illegible]
Absque Expeditione et Agentia
Petrus Alessandri Offlis Exp.

Pro Magistro Brevium
V. Willaume Offalis deputus
A. Maiori Subst.

[illegible] Spinola Pro Dat.

J. Viviani

Przyb. 141/77

OFFICIUM I. ET R. A. AGENTIS (ROMA)

N° 190 Vidit juxta rescriptum Supremae I. et R. Cancellariae Status et Aulae de die 13. Xbris a. c.

Romae die 31. Januarii 1845.

C. W. Binder

I. et R. Aplcae Majestatis Consiliarius Aulicus,
Apud Sanctam Sedem Legationis a Consiliis et Agens.

Dilecto Filio Officiali Venlis Fratris Archiepiscopi Leopolien

N° 12374.

Gesehen k. k. galizisches Landes Gubernium und wird mit dem Placetum Regium versehen.

Lemberg am 9t März 1845.

[illegible]

K. K. G[illegible]

[illegible]